



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.8. Justiniani Error.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI. inciderat, & propter quem Sanctos Epis.  
A.C. 563. copos persecutus fuerat. Sine ambagi-  
bus id quoque Justiniano significat, to-  
tam Italiam, Africam, Hispaniam & Gal-  
liam ipsius Nomini anathema dicere.

Post hæc S. Nicetus haud diu super-  
stes fuit atque in Sede Trevirensi Suc-  
cessorem habuit S. Magnericum Discipu-  
lum suum. Is Monasterium in honorem  
S. Martini Turonensis in eodem loco, u-  
bi Sanctus iste Ecclesiam eduxerat, fun-  
davit, quod hodieque existit. S. Ma-  
gnericus inter suos Clericos educavit  
S. Gangericum, postea Episcopum Ca-  
meracensem.

### §. VIII.

#### *Justiniani Error.*

Sup. XXXII. §. 31. Evagr. IV. c. 39. vit. S. Eu-  
tych. ap. Bol. 6. Apr. pore, 1.4. p. 557. Justiniani Error, quem S. Nicetus datis  
litteris reprehendebat, fuit Hæresis  
Incorræptibilium, qui ex Eutychianorum  
Secta natierant. Hanc pestem Justinia-  
no quidam Origenistæ, & præprimis  
Theodorus Cappadox suggessisse credun-  
tur. Huc tandem deduxit Imperatorem  
animi inquietus, & insatiabilis Doctrinam  
fidei perscrutandi aviditas. Igitur e-  
dito Decreto dicebat; IEsu Christi Cor-  
pus esse incorruptibile, id est, ex eo tem-  
pore, quo in Sinu S. Matris suæ formatus  
fuisset, nulli mutationi aut vicissitudini  
nequidem ulli naturali & innocuæ fra-  
gilitati

gilitati, qualis est fames, aut sitis, fuisse Sæculum VI.  
obnoxium, ita ut ante Mortem suam si- A. C. 564.  
cut post Resurrectionem absque necessi-  
tate comederit. Præcepit Justinianus,  
ut omnes Episcopi hanc Doctrinam suo  
calculo comprobarent, & præsertim o-  
mnem conatum adhibuit, ut in suam  
Sententiam pertraheret Episcopos sex ex  
Africa, quos anno 564. Regni sui trige-  
simo octavo Constantinopolim accersive-  
rat. Cum omnes trium Capitulorum *Vif. Tun.*  
acerrimi Defensores essent, & inter cœ- *Chr. in fin.*  
teros Victor Tunonensis, etiam in faciem  
oblitati sunt tam Imperatori quam Eu-  
tychio Patriarchæ; eum enim Hæreticis  
accensebant, quod Concilio, in quo tria  
Capitula damnata, præfuisset. Itaque  
in diversa abstracti, Monasteriis inclu-  
duntur.

Ceterum S. Eutychius Patriarcha er-  
ranti Imperatori fortiter restitit. Offe-  
renti Decretum suum, cui subscriberet,  
oblocutus dixit, hanc Apostolorum Do-  
ctrinam non esse. Quippe, ajebat, ex  
hac opinione necessario consequitur, fi-  
ctam fuisse simulatamque Incarnationem.  
Quo pacto enim corpus incorruptibile  
potuit circumcidere, aut lacte Matris nu-  
triri? quomodo potuit in Cruce clavis  
& lancea perforari? non alia ratione Cor-  
pus Christi incorruptibile dicitur, quam

B 2                    quod

Sæculum VI. quod nulla peccati macula inquinatum,  
A.C. 565. & in sepulchro non fuerit corruptum.

## §. IX.

*S. Eutychii Exilium.*

Cum S. Eutychius nulli labori pepercisset, quo Imperatori errorem eximeret, qui illum docebant Principi suggesserunt, ut etiam Eutychium Sede sua deturbaret. Igitur die S. Timotheo sacra 22. Jan. anno 565. Patriarcha in Palatio Hormisdæ Sanctum Sacrificium celebrante Tribunus cum militibus Domum Patriarchalem occupat. Capiuntur Familiares, & in diversa rapiuntur, ut contra Dominum suum testes esse compellerentur, & aliqua saltem Justitiae species servaretur. Sacrificio (\*) peracto manxit in Sanctuario a suis admonitus, si exiret, ipsum de vita periclitaturum. Stans ergo ante Altare, vestitus ut semper solebat, pro Ecclesia oravit usque ad horam noctis tertiam. Postea aliquid cibi sum-

(\*) In diesen Zeilen hat unser Protestant zweimal anstatt Sacrificium oder das heil. Opfer gesetzt: Das Hochamt. Allein dieses Wort erwecket bey einem protestantischen Leser den Begriff nicht, welchen ihm das Wort das heil. Opfer beybringen würde, und welches in den Kirchengeschichten tausendmal vorkommt. Das ist nicht redlich überzeugt.